

3.

cifico, purifico, salvifico, turpifico, vivifico, ad formam verborum
 græcorum in ὄω, δικαίω, θανατώ, ἱκανώ (quod & *Georgius Pafor*
 vidit in *Lexico N. Test.*) κολοβώ, ἀνανεώ, βεβαιώ, παλαιώ, θεμελιώ,
 & talia plura, etiam in N. Test. quæ singula & omnia exhibuit in
Lexico N. T. Græco latino Doctor ille scholasticus etiam post cine-
 res celeberrimus *M. Andreas Reyber* illustris Gymnasij Ernestini
 Gothæ Rector meritissimus. Idem sensit æternum Lipsiæ suæ
 decus & jubar fulgentissimum *D. Henricus Hopfnerus* in *Disputa-*
tione anni Jubilæi hujus sæculi tricesimi d. VII. Julij publicè habita
 (Respondente Nobili Megapolitano) **JOHANNES HENNIN-**
GO. à Warburct), cujus verba invariata heic, sultis, legite.
 “Angelus hâc formulâ, ut legatus Dei, usus est in Colloquio cum
 “Mariâ, ad quam cum veniret, eam ante omnia salutât, *id est*, ei
 “gaudium non tantum vovet, sed & annunciat tamquam rem
 “certam, Mariæ tamen antea ignotam, Nam formula salutandi
 “est χαίρειτε, scilicet *ex salute, quam tibi apprecor, salva sis &*
 “*es*, vel, ut Syrus reddidit, *Pax tibi*. Hanc enim Judæis usitatam
 “formulam Græci fontes in Novo Test. reddunt modò per vo-
 “cem χαίρειτε *Matth. XXII, 9* modò per æquipollentia verba
 “*Luc. XXIV, 36. ειρήνη ὑμῖν Pax vobis*: Cui æquipollet illud Germa-
 “norum nostrorum *Wort grüße dich*, quasi dicant, **DEUS** te
 “grandem faciat & augeat suam benedictionem tibi, “*Maldona-*
sus in Luca I, 29. ait, hoc verbo uti Gabrielem, ut ostendat se bonum,
non malum angelum esse, non triste, sed latum, nuncium ferre. Jam si
 nobis vendi temus istam salutationem, quâ Mariam compelle-
 mus, quàm inconcinnus sensus erit, *Pax tibi sit Maria, ne timeas, sis*
bono animo, bonus sum nuncius! Scilicet nos illam salutationem
 historicè quidem possemus recitare, verùm ut salutationem
 olim factam ab Angelo, non ut nostram; tùm, quia Maria nobis
 non est præsens, nec adiri à nobis potest, atque ideò nec novit
 nec audit nos vel millies eam proloquentes, & proinde sermo-